

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Societas b
cum fonte primo

Non turbatur nauis que Petrum habebat; turbatur illa que Iudam habebat. Et si multa illuc discipulorum merita naufragabant, tamen adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem ne per unum plurimi fluctuemus.

Ambrosius super Lucam libro III.

Non turbatur ista quae Petrum habet, turbatur illa quae Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus ergo non turbatur haec nauis, in qua prudentia nauigat, abest perfidia, fides spirat.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 4, 70 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.132, ll.869-876).